



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

II. König Otto I. gründet das Bisthum Brandenburg, am 1. October 949.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

ut hoc a fidelibus nostris uerius credatur, manu nostra subtus illud firmauimus et anulo nostro signari praecepimus. Poppo cancellarius ad uicem friderici archicapellani recognoui.


Signum domini ottonis inuictissimi Regis.

Datum XI. kal. octobr. anno dominicae incarnationis DCCCCXXXVII^o. Indiet. XI. Anno uero piissimi regis ottonis II^o. Actum in magdeburch, ciuitate in dei nomine feliciter amen.

Aus dem Liber priuilegiorum S. Mauricii in Magd. fol. 28. Vgl. Meibom. I, 741. III, 290. Hopsen b. Mag. I, 73. — Diese Verteilung wurde in Absicht des omnis census et uenundationis et acquisitionis decimam in den 3 Gauen in einer anderweiten Urkunde des Königs Dat v. 1d. Octobr. — Act. in Toremburg, wörtlich wiederholt. Hopsen, a. a. D. I, 76. Orig. Guelf. IV, 562.

II. König Otto I. gründet das Bisthum Brandenburg, am 1. October 949.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Otto, diuina providente clementia Rex. Quoniam quidem propagandae fidei amplificandaeque religioni christianae cunctos indulgere fideliter opere precium nouimus, consultu Marini, venerabilis praefulis, romanae legati ecclesiae, nec non Fridurici ac Adaldagi, archiepiscoporum, aliorumque episcoporum complurium et cari fratris nostri Brunonis procerumque nostrorum precipueque Geronis, dilecti ducis ac marchionis nostri, in praedio nostro, in marchia illius sito, in terra Slavorum, in pago Heveldun, in ciuitate Brendunburg, in honore domini ac saluatoris nostri sanctique Petri, apostolorum principis, episcopalem constituimus sedem, preferentes ei religiosum praefulem Thiatmarum, eidemque conferentiae dimidiam partem praedictae ciuitatis aquilonalem et dimidiam partem insulae totius septentrionalem, in qua ciuitas eadem habetur constructa, dimidiamque partem omnium villarum illuc pertinentium, duas insuper integre ciuitates cum omnibus suis appenditiis, Pricervi et Ezeri nominatas. Praeterea determinauimus prememoratae sedis parroeciae prouintias infra nominatas: Moraciani, Cierviffi, Ploni, Zpriaunani, Heveldun, Vuuceri, Riacioni, Zamcici, Daffia, Lufici: Terminum uero eidem parroeciae constituimus orientem uersus ad flumen Odera et occidentem ac austrum uersus usque ad Albiam flumen, ad aquilonem uero usque ad fines prouintiarum supra nominatarum: Vuuceri, Riacioni, Daffia, omnem itaque supradictarum decimationem prouintiarum predictae tradentes ecclesiae, excepta ciuitatum subtus nominatarum: Bidrizi, Guntmiri, Pechowi, Mokrianici, Burg, Grabo, Ciertui et villarum ad has ciuitates iure pertinentium, quam ad usum monachorum in monasterio Magadaburg a nobis in honore Sancti Mauricii Sanctique Innocentii constructo, episcopi uidelicet consensu, praedicti Thiatmari, venerabilis uiri, donauimus, deliberantes tamen, praelibatae episcopo ecclesiae singulis annis tempore praedicationis et confirmationis seruitium impendi ab abbate Magdaburgensis monasterii, in tribus uero locis, Bidrici, Burg scilicet et Mocranici, in unoquoque eorum tres medones duasque cervisas, sex modios tritici, duos porcellos, duas anseres, decem gallinas, sex quoque frisingos et sex carradas annone pastui equorum. Et ut haec nostra traditio inconuulsa firmitate per omnia succedentium curricula temporum inuolabilisque permaneat, iustimus iam saepedicto Thiatmaro antistiti hoc praefens conscribi praecipuum, manu nostra subtus firmatum anulique nostri impressione roboratum.

Signum domini Ottonis  serenissimi regis.

Brun, cancellarius, ad uicem

Friderici, archicapellani recognoui.

Data Kal. Octobris Anno incarnationis domini nostri Jhesu Christi DCCCXLVIII. indictione VI anno vero regni domini Ottonis, invictissimi regis, XIII^{mo}. Actum Magadaburg, in dei nomine feliciter. Amen.

Nach dem Original. Neuere Handschrift: Privilegium Magni et Primi Ottonis de Brandenburg,

III. Kaiser Otto I. schenkt dem Stifte des h. Moritz in Magdeburg den Honigzchenten aus mehreren Gauen mit Ausnahme dessen, was den Heiligen in Brandenburg bereits verliehen worden, am 28. Juli 965.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Augustus. Si sanctis ac venerabilibus locis beneficia nostrae clementiae largimus, procul dubio praesentis vitae et aeternae sublementum adipisci non dubitamus. Ideo omnium sanctae ecclesiae fidelium nostrorumque praesentium scilicet ac futurorum noverit industria, qualiter nos pro amore dei animaeque nostrae remedio nostrorumque parentum ad ecclesiam sancti Mauritii in Magadaburg et coenobio fratrum in eodem loco deo sanctoque Mauritio devote famulantibus, donavimus omnem censum mellis nostrae Imperiali auctoritate pertinentem, in pago neletici in comitatu Bilingi comitis et in pagis, qui dicuntur siusilli et plonim totam decimam mellis seu ad nostram manum illam habuissimus sive alicui in beneficium concessum fuisset, similiter in pagis ita nuncupatis nicciti et spreuuae ex utraque fluminis parte, qui dicitur Spreuua, nec non et in lusici atque mrocini, et ex utraque parte fluminis, quod dicitur milda omnem decimam mellis nostrae Imperiali auctoritate pertinentem, seu ad nostram manum illam habuissimus sive alicui in beneficium concessum fuisset, excepto quam nos pro remedio animae nostrae Sanctis, qui sunt in Brandenburg, concessimus. Insuper etiam de urbibus ita nuncupatis Bridowi, mocornic, Cirtuua, burg, Grabouua, Tuchen, Bucounici totam decimam seu ad nostram illam habuissimus, sive alicui in beneficium concessum fuisset, mellis ex nostro jure et dominio in jus sanctae Ecclesiae almi martiris Christi Mauritii atque ad utilitatem fratrum ibidem Deo sanctoque Mauritio famulantium, donavimus ut habeant, teneant, firmiterque possideant, et suis ut libuerit usibus adjungant. Et ut haec nostrae auctoritatis donatio omni tempore firma stabilisque permaneat, iussimus inde hoc praesens praeceptum conferri, annullique nostri impressione sigillari manu propria subtus firmavimus. Data V. Kal. Aug. An. Dom. incarn. DCCCCLX. V. Indict. VIII, anno regni Otton. XXX, Imperii autem IIII. Actum Waluhufon, in domino feliciter, Amen.

Nach Lünig's Reichs-Archiv Bd. 10 S. 347. Vgl. andere Abdrücke in den Orig. Guelfic. IV, 557 u. Leuber 1604.

IV. Papst Johann XII. genehmigt nach Besiegung und Bekehrung der Wenden die Verwandlung der Klöster zu Magdeburg und Merseburg in Bisthümer und die Unterordnung der in den Wendenlanden zu errichtenden Bisthümer unter die Aufsicht des erstern, im März 962.

Johannes episcopus, servus servorum dei, reuerentissimis (sic) confratribus archiepiscopis episcopis, abbatibus, monachis, primatibus, cuncto clero et populo in saxoniam, galliam, germaniam, bauariam